

**Caput I, Lectio 1**

- I. <sup>1</sup>IN PRINCIPIO ERAT VERBUM,  
 II. ET VERBUM ERAT APUD DEUM.  
 III. ET DEUS ERAT VERBUM.  
 IV. <sup>2</sup>HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM.

I.

23. - [...]

24. - [...] „In principio erat Verbum“. – Ubi tria diligenter inquirenda concurrunt, secundum tres dictiones huius orationis. Et primo quid sit hoc quod dicitur „Verbum“; secundo quid sit hoc quod dicitur „In principio“; tertio quid sit hoc quod dicitur „Verbum erat in principio“.

25. – Ad intellectum autem huius nominis „verbum“, sciendum est quod, secundum Philosophum<sup>1</sup> ea quae sunt in voce, sunt signa earum, quae sunt in anima, passionum. Consuetum est autem in Scriptura quod significata nominantur nominibus signorum, sicut illud I Cor. X,4: „Petra autem erat Christus“. De necessitate autem oportet quod illud intrinsecum animae nostrae, quod significatur exteriori verbo nostro, verbum vocetur. Utrum autem per prius conveniat nomen verbi rei exteriori voce prolatae, vel ipsi conceptioni mentis, nihil refert ad praesens. Planum est tamen quod illud quod voce significatur, interius existens in anima, prius est quam ipsum verbum exteriori voce prolatum, utpote causa eius existens. Si ergo volumus scire quid est interius verbum mentis, videamus quid significat quod exteriori voce profertur.

In intellectu autem nostro sunt tria: scilicet ipsa potentia intellectus; species rei intellectae, quae est forma eius, se habens ad ipsum intellectum, sicut species coloris ad pupillam; et, tertio, ipsa operatio intellectus quae est intelligere. Nullum autem istorum significatur verbo exteriori voce prolato.

Nam hoc nomen lapis non significat substantiam intellectus, quia hoc non intendit dicere nominans; nec significat speciem, quae est qua intellectus intelligit, cum etiam hoc non sit intentio nominantis; non significat etiam ipsum intelligere, cum intelligere non sit actio exterius progrediens ab intelligente, sed in ipso manens.

<sup>1</sup> Vgl. Aristoteles, *Peri hermeneias (De interpretatione)* 1 (16a3f).

**<Kapitel I, Lesung 1>**

- I. <sup>1</sup>IM ANFANG WAR DAS WORT.  
 II. UND DAS WORT WAR BEI GOTT.  
 III. UND GOTT WAR DAS WORT.  
 IV. <sup>2</sup>DIESES WAR IM ANFANG BEI GOTT.

I.

23. - [...]

24. - [...] „Im Anfang war das WORT.“ – Gemäß den drei Aussagen, die dieser Satz enthält, muß ein Dreifaches mit Sorgfalt bedacht werden: erstens, was dies sei, das „WORT“ genannt wird; zweitens, was „im Anfang“ besage; drittens, was es bedeute, zu sagen: „Im Anfang ‚war‘ das WORT“.

25. – Um den Sinn der Aussage „Wort“ zu verstehen, muß man wissen, daß, wie der Philosoph [Aristoteles] sagt, was in der Stimme laut wird, ein Zeichen ist für die Regung der Seele. Das Bezeichnete aber wird in der Heiligen Schrift gewöhnlich mit dem Namen des Zeichens benannt, zum Beispiel im *ersten Korintherbrief*: „Der Felsen aber war Christus“ (10,4). So muß notwendig die innere Regung unserer Seele, deren Zeichen unser äußeres Wort ist, selber „Wort“ genannt werden. Ob dabei der Name „Wort“ eher dem Laut der Stimme oder eher dem Begriff des Geistes gebührt, das ist ohne Belang für die gegenwärtige Frage. Es ist jedoch klar, daß, was der Laut der Stimme bezeichnet, die innere Regung in der Seele, früher ist als das nach außen lautende Wort: jene ist ja die Ursache von diesem. Wenn wir also wissen wollen, was das innere Wort des Geistes sei, dann müssen wir zusehen, was durch den Laut der Stimme bezeichnet wird.

In unserer Erkenntniskraft sind drei Dinge: das Erkenntnisvermögen selbst; dann das Erkenntnisbild der erkannten Wirklichkeit, welches die Erkenntniskraft innerlich prägt und zu ihr sich verhält wie das farbige Bild zum Auge; drittens das Wirken der Erkenntniskraft, das Erkennen selbst. Von diesen drei Dingen aber wird keines bezeichnet durch das nach außen lautende Wort.

Der Name „Stein“ bedeutet nämlich nicht das Wesen des erkennenden Geistes; nicht ihn will bezeichnen, wer „Stein“ sagt. Es ist auch nicht das Erkenntnisbild gemeint, wodurch der Geist erkennt; auch dies liegt nicht in der Absicht der Benennung. Diese meint endlich auch nicht das Erkennen selbst; Erkennen ist ja ein Wirken, das im Erkennenden verbleibt und nicht aus ihm heraus nach außen hervorgeht.



Illud ergo proprie dicitur verbum interius, quod intelligens intelligendo format.

Intellectus autem duo format, secundum duas eius operationes. Nam secundum operationem suam, quae dicitur indivisibilibus intelligentia, format definitionem; secundum vero operationem suam, qua componit et dividit, format enunciationem, vel aliquid huiusmodi. Et ideo, illud sic formatum et expressum per operationem intellectus, vel definientis vel enunciantis, exteriori voce significatur. Unde dicit Philosophus quod ratio, quam significat nomen, est definitio.<sup>2</sup> Istud ergo sic expressum, scilicet formatum in anima, dicitur verbum interius; et ideo comparatur ad intellectum, non sicut quo intellectus intelligit, sed sicut in quo intelligit; quia in ipso expresso et formato videt naturam rei intellectae. Sic ergo habemus significationem huius nominis „verbum“.

Secundo, ex his quae dicta sunt, concipere possumus, quod verbum semper est aliquid procedens ab intellectu in actu existente. Iterum quod verbum semper est ratio et similitudo rei intellectae. Et si quidem eadem res sit intelligens et intellecta, tunc verbum est ratio et similitudo intellectus, a quo procedit; si autem sit aliud intelligens et intellectum, tunc verbum non est similitudo et ratio intelligentis, sed rei intellectae: sicut conceptio quam aliquis habet de lapide, est similitudo lapidis tantum, sed quando intellectus intelligit se, tunc huiusmodi verbum est similitudo et ratio intellectus. Et ideo Augustinus<sup>3</sup> ponit similitudinem Trinitatis in anima, secundum quod mens intelligit seipsam, non autem secundum quod intelligit alia.

Patet ergo quod in qualibet natura intellectuali necesse est ponere verbum: quia de ratione intelligendi est quod intellectus intelligendo aliquid format; huius autem formatio dicitur verbum; et ideo in omni intelligente oportet ponere verbum.

Natura autem intellectualis est triplex, scilicet humana, angelica et divina: et ideo triplex est verbum. Scilicet humanum [...]. Est et angelicum [...]. Tertium est verbum divinum [...].

Cum ergo Evangelista dicit „In principio erat Verbum“, non intelligi potest de humano vel angelico verbo:

<sup>2</sup> Vgl. Aristoteles, *Metaphysica* IV 16 (1012a23f.).

<sup>3</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* IX 5 (CCL 50,297,27-298,44); IX 8 (300,1-301,33); IX 17-18 (308,1-310,80).

Inneres Wort im eigentlichen Sinn wird also das genannt, was der Erkennende gestaltet, indem er erkennt.

Es gestaltet aber der erkennende Geist ein Zweifaches, gemäß den beiden Weisen seines Wirkens. Gemäß dem Wirken, welches als Gewährwerden der ungeteilten Wesensganzheit bezeichnet wird, gestaltet er nämlich den abgrenzenden Begriff; gemäß dem Wirken aber, durch das er verknüpft und trennt, gestaltet er das Urteil oder etwas dieser Art. Was also auf solche Weise Gestalt und Ausdruck wird durch das Wirken des erkennenden Geistes, des begriffsbildenden oder des urteilenden, das wird zeichenhaft dargestellt durch die nach außen lautende Stimme. Daher sagt der Philosoph, das durch den Namen eigentlich Bezeichnete sei der Begriff. Das in der Seele solcherart Gestaltgewordene nun wird das „innere Wort“ genannt. Dieses verhält sich demnach zum erkennenden Geist nicht wie etwas, „wodurch“ er erkennt, sondern „worin“ er erkennt; denn „in“ diesem Gestaltgewordenen selbst sieht er das Wesen der zu erkennenden Wirklichkeit. So also ist deutlich geworden, was die Aussage „Wort“ meint.

Aus dem Gesagten können wir ferner entnehmen: das Wort ist immer etwas, das aus dem erkennenden Geist hervorgeht, sofern dieser im Stande des Wirkens ist. Und weiterhin: das Wort ist immer Wesensbild des erkannten Wirklichen. – Wenn also Erkennender und Erkanntes ein und dasselbe sind, dann ist das Wort das Wesensbild des erkennenden Geistes, aus dem es hervorgeht. Sind aber Erkennender und Erkanntes voneinander verschieden, dann ist das Wort das Wesensbild nicht des Erkennenden, sondern des Erkannten. So ist der Begriff, den einer vom Stein hat, einzig ein Bild des Steines; wenn aber der erkennende Geist sich selbst erkennt, dann ist ein solches „Wort“ das Wesensbild des erkennenden Geistes selbst. Daher sieht Augustinus ein Gleichnis der Dreieinigkeit in der Seele nur, sofern unser Geist sich selbst erkennt, nicht aber, sofern er etwas anderes erkennt.

Es ist also offenbar, daß notwendig in jedem geistbegabten Wesen „Wort“ ist, weil es zum Wesen des geistigen Erkennens gehört, daß der Geist, indem er erkennt, etwas gestaltet. Das so Gestalt Gewordene aber wird „Wort“ genannt. Wo immer also geistiges Erkennen ist, da ist „Wort“.

Die geistige Natur aber ist dreigestaltig: Mensch, Engel, Gott. So ist also auch das Wort dreigestaltig: Wort des Menschen [...], Wort des Engels [...], Wort Gottes [...].

Der Satz des Evangeliums: „Im Anfang war das WORT“ kann nun aber nicht bezogen werden auf das Wort des Menschen noch des Engels.

quia utrumque istorum verborum est factum, cum homo et Angelus habeant sui esse et operationis principium et causam; verbum autem hominis vel Angeli non potest praeexistere eis. De quo autem verbo intellexerit Evangelista, declarat per hoc quod dicit, hoc verbum non esse factum, cum omnia sint facta per ipsum; hoc autem est verbum Dei, de quo Ioannes hic loquitur.

26. – Sciendum est autem, quod hoc Verbum differt a nostro verbo in tribus.

Prima differentia est, secundum Augustinum<sup>4</sup>, quia verbum nostrum prius est formabile, quam formatum: nam cum volo concipere rationem lapidis, oportet quod ad ipsam ratiocinando perveniam; et sic est in omnibus aliis, quae a nobis intelliguntur, nisi forte in primis principiis, quae cum sint simpliciter nota, absque discursu rationis statim sciuntur.

Quamdiu ergo sic ratiocinando, intellectus iactatur hac atque illac, nec dum formatio perfecta est, nisi quando ipsam rationem rei perfecte conceperit: et tunc primo habet rationem rei perfecte, et tunc primo habet rationem verbi. Et inde est quod in anima nostra est cogitatio, per quam significatur ipse discursus inquisitionis, et verbum, quod est iam formatum secundum perfectam contemplationem veritatis. Sic ergo verbum nostrum primo est in potentia quam in actu; sed Verbum Dei semper est in actu: et ideo nomen cogitationis Verbo Dei proprie non convenit. Dicit enim Augustinus, *XV de Trinit.*<sup>5</sup>, ita dicitur Verbum Dei, ut cogitatio non dicatur, ne quid quasi volubile credatur in Deo. Id autem quod Anselmus<sup>6</sup> dicit, scilicet dicere summo spiritui nihil aliud est, quam cogitando intueri, improprie dictum est.

27. – Secunda vero differentia verbi nostri ad Verbum divinum est, quia verbum nostrum est imperfectum, sed Verbum divinum est perfectissimum.

<sup>4</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* XV 25 (CCL 50, 499,61f.).

<sup>5</sup> Vgl. *ebd.* XV 25 (CCL 50,500,2).

<sup>6</sup> Vgl. Anselm von Canterbury, *Monologion* c. 63 (ed. Schmitt 73,10f.).

Denn jedes dieser Worte ist geschaffen, da Mensch wie Engel einen Anfang und eine Ursache ihres Seins und ihres Wirkens haben; das Wort von Mensch und Engel aber kann nicht früher sein als diese selbst. Welches Wort aber gemeint ist, das erklärt der Evangelist, indem er sagt: dieses WORT sei nicht geschaffen, vielmehr seien alle Dinge durch es geschaffen. Es ist das WORT Gottes, von dem Johannes hier spricht.

26. – Man muß aber wissen, daß dieses WORT sich von unserem Wort dreifach unterscheidet.

Der erste Unterschied ist, nach Augustinus, dieser: unser Wort ist früher gestaltbar als gestaltet. Wenn ich etwa das Wesen des Steines erfassen will, dann muß ich denkend dorthin vordringen; und so ist es mit allem anderen, das von uns erkannt wird – ausgenommen vielleicht die ersten Ur-Grundsätze, die ohne Denkbewegung der Vernunft sogleich gewußt werden; sie sind ja schlechthin bekannt.

Solange also der erkennende Geist, solchermaßen nachdenkend, hierhin und dorthin geworfen wird, solange ist die Gestaltung noch nicht vollendet – bis daß er das Wesen des Dinges voll erfaßt hat. Erst dann ist ihm Vollendung zuteil geworden; erst dann auch gibt es in ihm das Wort. – In unserer Seele also findet sich das Denken, wodurch das Hin und Her des Untersuchens bezeichnet wird, und das Wort, welches erst mit der vollkommenen Anschauung der Wahrheit Gestalt wird. Und also ist unser Wort früher im Stande der Möglichkeit als der Wirklichkeit. Das WORT Gottes aber ist stets im Stande der Wirklichkeit; und darum trifft die Aussage „Denken“ für das WORT Gottes nicht im eigentlichen Sinne zu. Augustinus sagt: „Es ist auf solche Weise ‚WORT‘ Gottes gesagt, daß ‚Denken‘ nicht gesagt ist – damit nicht etwa ein Hin und Her in Gott geglaubt werde.“ Was aber den Satz des Anselmus betrifft: „Für den höchsten Geist ist ‚Sagen‘ nichts anderes als denkendes Schauen“ – so ist dieser Satz im uneigentlichen Sinne gesagt.

27. – Die zweite Unterschiedenheit zwischen unserem Wort und dem göttlichen WORT ist diese: unser Wort ist unvollkommen, das göttliche WORT aber ist auf die höchste Weise vollkommen.

Quia enim nos non possumus omnes nostras conceptiones uno verbo exprimere, ideo oportet quod plura verba imperfecta formemus, per quae divisim exprimamus omnia, quae in scientia nostra sunt. In Deo autem non est sic: cum enim intelligat, et seipsum etiam et quicquid intelligit per essentiam suam, uno actu, unicum Verbum divinum est expressivum totius quod in Deo est, non solum personarum, sed etiam creaturarum: alias esset imperfectum. Unde dicit Augustinus:<sup>7</sup> si quid minus esset in Verbo, quam in dicentis scientia continetur, Verbum imperfectum esset. Sed constat quod est perfectissimum; ergo est tantum unum. *Iob XXXIII, 14: "Semel loquitur Deus"*.

**28.** – Tertia differentia est, quod verbum nostrum non est eiusdem naturae nobiscum, sed Verbum divinum est eiusdem naturae cum Deo: et ideo est aliquid subsistens in natura divina.

Nam ratio intellecta, quam intellectus videtur de aliqua re formare, habet esse intelligibile tantum in anima nostra; intelligere autem in anima nostra non est idem quod est natura animae, quia anima non est sua operatio. Et ideo verbum quod format intellectus noster, non est de essentia animae, sed est accidens ei. In Deo autem idem est intelligere et esse; et ideo Verbum intellectus divini non est aliquid accidens, sed pertinens ad naturam eius: quia quicquid est in natura Dei, est Deus. Unde, dicit Damascenus<sup>8</sup>, quod Deus Verbum substantiale est, et in hypostasi ens, reliqua vero, verba nostra scilicet, virtutes sunt animae.

**29.** – Ex praemissis etiam patet quod Verbum, proprie loquendo, semper personaliter accipitur in divinis, cum non importet nisi quid expressum ab intelligente.

Item quod Verbum in divinis sit similitudo eius a quo procedit; et quod sit coaeternum ei a quo procedit, cum non prius fuerit formabile quam formatum, sed semper in actu; et quod sit aequale Patri, cum sit perfectum, et totius esse Patris expressivum; et quod sit coessentiale et consubstantiale Patri, cum sit substantia eius.

<sup>7</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* XV 23 (CCL 50, 496,9f.).

<sup>8</sup> Vgl. Johannes Damascenus, *De fide orthodoxa* I 13 (ed. Buytaert, 62,111-63,112).

Wir nämlich sind unvermögend, alle unsere Erfassungen in einem einzigen Worte auszusprechen; so müssen wir viele unvollkommene Worte bilden, durch die wir getrennt alles das aussprechen, was in unserem Wissen ist. In Gott aber ist es nicht so: weil er sich selbst und alles, was er durch seine Wesenheit erkennt, in einem einzigen Akt erkennt, darum spricht das einzige göttliche WORT alles aus, was in Gott ist, nicht nur die göttlichen Personen, sondern auch die Schöpfung; sonst wäre es unvollkommen. So sagt Augustinus: „Würde das WORT irgend weniger umfassen, als in dem Wissen dessen ist, der es spricht, so wäre das WORT unvollkommen. Nun aber ist gewiß, daß es auf die höchste Weise vollkommen ist: also ist es nur eines.“ Und im Buche *Hiob* heißt es: „Ein Mal spricht Gott“ (33,14).

**28.** – Der dritte Unterschied: Unser Wort ist nicht gleichen Wesens mit uns selbst, das göttliche WORT aber ist gleichen Wesens mit Gott; und darum ist es ein Selbst im göttlichen Wesen.

Der Begriff nämlich, den der erkennende Geist von einem Wirklichen bildet, besitzt in unserer Seele nur ein gedankliches Sein; der Gedanke aber ist in unserer Seele nicht dasselbe wie das Wesen der Seele selbst, weil die Seele nicht ihr Wirken ist. Und darum ist das Wort, das unser erkennender Geist gestaltet, nicht etwas vom Wesen der Seele, sondern etwas ihr Anhaftendes. In Gott aber ist Erkennen und Sein ein und dasselbe. Darum ist das WORT des göttlichen Geistes nicht etwas bloß Anhaftendes, sondern etwas zu seinem Wesen Gehöriges; demgemäß ist es notwendig ein Selbst; denn alles, was im göttlichen Wesen ist, ist Gott. So sagt Johannes von Damaskus, Gottes WORT sei selbstseiend und personhaft, die anderen Worte aber, nämlich die unsrigen, seien Kräfte der Seele.

**29.** – Aus dem Gesagten ist schon deutlich geworden, daß in Gott, eigentlich gesprochen, das WORT immer personhaft gemeint ist.

Da es nichts anderes enthält, als was den Erkennenden ausspricht, ist außerdem deutlich, daß in Gott das WORT ein Gleichnis dessen ist, aus dem es hervorgeht; und daß es gleichewig ist mit dem, aus dem es hervorgeht, da es ja nicht früher gestaltbar ist als gestaltet, sondern immer im Stande der Wirklichkeit; und daß es dem Vater ebenbürtig ist, da es vollkommen ist und das ganze Sein des Vaters ausspricht; und daß es von gleichem Wesen und von gleicher Substanz ist wie der Vater, da es sein Wesen selbst ist.

Patet etiam quod cum in qualibet natura illud quod procedit, habens similitudinem naturae eius a quo procedit, vocetur filius, et hoc Verbum procedat in similitudine et identitate naturae eius a quo procedit, convenienter et proprie dicitur Filius, et productio eius dicitur generatio. Sic ergo patet primum, scilicet quid sit hoc quod dicitur „verbum“.

**30.** – Circa hoc autem quatuor quaestiones occurrunt. Duae sunt Chrysostomi.

Prima<sup>9</sup> est cur Ioannes Evangelista Patrem dimittens, confestim incepit a Filio, dicens „In principio erat Verbum“.

Ad hoc autem est duplex responsio. Una est, quia Pater omnibus innotuerat in veteri testamento, quamvis non in ratione Patris, sed ut Deus; Filius autem ignorabatur: et ideo in novo testamento, in quo agitur de cognitione Verbi, incipit a Verbo, sive Filio.

Alia est, quia per Filium ducimur in notitiam Patris; infra XVII,6: „Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi“. Volens ergo fideles in notitiam Patris ducere Evangelista, decenter incepit a Filio, statim subiungens de Patre cum dicit „Et Verbum erat apud Deum“.

**31.** – Secunda quaestio est etiam Chrysostomi.<sup>10</sup>

Cum enim, sicut dictum est, Verbum procedat ut filius, quare dixit „Verbum“, et non Filius?

Ad hoc etiam dupliciter respondetur. – Primo quia filius dicit aliquid genitum, et cum audimus generationem filii, posset quis cogitare generationem illam talem esse, qualem comprehendere potest, scilicet materialem et passibilem; ideo ergo non dixit Filius sed Verbum, quod importat intelligibilem processum, ut non intelligatur materialem et passibilem generationem illam fuisse. Ostendens igitur Filium ex Deo impassibiliter nasci, destruit vitiosam suspicionem per Verbi nuncupationem.

<sup>9</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, *In Ioannem homiliae* II 4 (PG 59,33).

<sup>10</sup> Vgl. *ibd.* (PG 59,34).

Es ist auch deutlich, daß das WORT mit Fug und im eigentlichen Sinn „Sohn“ und sein Hervorgang „Zeugung“ genannt wird – da auch überall sonst das, was hervorgeht und wesensähnlich ist seinem Ursprung, Sohn genannt wird, und weil wirklich dieses WORT seinem Ursprung wesensähnlich, ja wesensgleich hervorgeht. So ist also das Erste deutlich geworden: was dies sei, das „Wort“ genannt wird.

**30.** – Es begegnen hier aber noch vier Fragen. Zwei davon hat Chrysostomus ausgesprochen.

Die erste Frage: Warum spricht der Evangelist Johannes nicht vom Vater, sondern beginnt sogleich mit dem Sohne, indem er sagt: „Im Anfang war das WORT“?

Hierauf gibt es eine zweifache Antwort. Die eine ist diese: Der Vater war allen Menschen schon zu kennen gegeben im Alten Testament, wengleich nicht als Vater, sondern als Gott; der Sohn aber war ungekannt. Und darum beginnt das Neue Testament, in welchem es um die Erkenntnis des WORTES geht, mit dem WORT oder dem Sohn.

Die andere Antwort ist diese: Durch den Sohn werden wir hingeführt zum Wissen vom Vater, wie es später heißt: „Vater, ich habe deinen Namen offenbar gemacht den Menschen, die du mir gegeben hast“ (*Joh 17,6*). Wenn also der Evangelist die Gläubigen zum Wissen vom Vater führen wollte, begann er sinngemäß mit dem Sohne, indem er sogleich eine Aussage über den Vater hinzufügte: „Und das WORT war bei Gott.“

**31.** – Auch die zweite Frage hat Chrysostomus gestellt:

Wenn, wie gesagt worden ist, das WORT als Sohn hervorgeht, warum ist dann vom WORT die Rede und nicht vom Sohn?

Hierauf kann gleichfalls zweierlei geantwortet werden. – Erstens besagt „Sohn“ etwas Gezeugtes; und wenn wir von der Zeugung des Sohnes hören, könnte einer denken, jene Zeugung sei von der Art, wie er sie begreifen kann, nämlich stofflich und erleidentlich. Darum sagt Johannes nicht „Sohn“, sondern WORT, worin die Geistigkeit des Hervorgehens einbeschlossen ist; auf daß man nicht meine, jene Zeugung sei stofflich und erleidentlich gewesen. Indem er so zeigt, daß der Sohn auf nicht erleidentliche Weise aus Gott geboren werde, zerstört er die falsche Deutung: durch die Benennung „WORT“.

Aliter potest dici sic: Evangelista tractaturus erat de Verbo, inquantum venerat ad manifestandum Patrem. Unde cum ratio manifestationis magis importetur in nomine Verbi quam in nomine Filii, ideo magis est usus nomine Verbi.

**32.** – Tertia quaestio est Augustini in Lib. *LXXXIII quaest.*<sup>11</sup>, quae talis est: in Graeco, ubi nos habemus Verbum, habetur logos. Cum ergo logos significet in Latino rationem et Verbum, quare translatores transtulerunt Verbum, et non rationem, cum ratio sit quid intrinsecum, quemadmodum etiam verbum?

Respondeo. Dicendum quod ratio proprie nominat conceptum mentis, secundum quod in mente est, etsi nihil per illam exterius fiat; per verbum vero significatur respectus ad exteriora: et ideo quia Evangelista per hoc, quod dixit logos, non solum intendebat significare respectum ad existentiam Filii in Patre, sed etiam operativam potentiam Filii, qua “per ipsum facta sunt omnia”, magis antiqui transtulerunt verbum, quod importat respectum ad exteriora, quam ratio, quae tantum conceptum mentis insinuat.

**33.** – Quarta quaestio est Origenis<sup>12</sup>, quae talis est. Scriptura in pluribus locis loquens de verbo Dei, nominat ipsum non absolute Verbum, sed cum additione, scilicet Dei, cum dicit verbum Dei, vel Domini: *Eccli.* 1,5: “Fons sapientiae verbum Dei in excel-sis”, et *Apoc.* XIX,13: “Et nomen eius verbum Dei”. Quare ergo Evangelista, cum loqueretur hic de verbo Dei, non dixit: In principio erat verbum Dei, sed dixit tantummodo Verbum?

Respondeo. Dicendum, quod licet sint multae veritates participatae, est tamen una veritas absoluta, quae per suam essentiam est veritas, scilicet ipsum esse divinum, qua veritate, omnia verba sunt verba. Eodem modo est una sapientia absoluta supra omnia elevata, scilicet sapientia divina, per cuius participationem omnes sapientes sunt sapientes. Et etiam unum Verbum absolutum, cuius participatione omnes habentes verbum, dicuntur dicentes. Hoc autem est Verbum divinum, quod per se ipsum est Verbum super omnia verba elevatum.

<sup>11</sup> Vgl. Augustinus, *De LXXXIII quaestionibus* q. 63 (CCL 44A, 137,2-6).

<sup>12</sup> Vgl. Origenes, *In Iohannem* II § 37 (SC 120, 233).

Zweitens kann man so sagen: Der Evangelist ist im Begriff, vom WORTE zu handeln, sofern es gekommen ist, den Vater zu offenbaren. Weil aber das Element des Offenbarmachens eher in dem Namen „WORT“ enthalten ist als in dem Namen „Sohn“, darum verwendet er eher den Namen „WORT“.

**32.** – Die dritte Frage stammt von Augustinus. Es ist diese: Wo es bei uns WORT heißt, da steht im Griechischen „logos“. „Logos“ aber bedeutet, übertragen, sowohl „Begriff“ als auch „Wort“. Warum also haben die Übersetzer „WORT“ gesagt und nicht „Begriff“ – obwohl doch auch der Begriff, nicht anders als das Wort, etwas Innerliches ist?

Ich antworte: „Begriff“ im eigentlichen Sinn meint die Erfassung des Geistes, sofern sie im Geiste Dasein hat, auch wenn keinerlei Äußerung geschieht; „Wort“ aber besagt zugleich den Bezug auf das Außen. Weil nun der Evangelist, indem er „logos“ sagte, nicht allein das Dasein des Sohnes im Vater aussprechen wollte, sondern auch die schöpferische Macht des Sohnes, sofern durch ihn alles gemacht ist – darum haben die Alten für „logos“ lieber „Wort“ gesetzt, worin der Bezug auf das Außen mitausgesagt ist, als „Begriff“, was einzig an etwas Innergeistiges denken läßt.

**33.** – Die vierte Frage, die von Origenes stammt, lautet folgendermaßen: Die Heilige Schrift, die an vielen Stellen vom Worte Gottes spricht, nennt es nicht einfachhin „WORT“, sondern sie macht eine Hinzufügung: „Wort Gottes“ oder „Wort des Herrn“; zum Beispiel: „Der Quell der Weisheit ist das Wort Gottes in der Höhe“ (*Sir* 1,5), und: „Sein Name war Wort Gottes“ (*Offb* 19,13). Warum also hat der Evangelist, da er hier vom Worte Gottes spricht, nicht gesagt: „Im Anfang war das Wort Gottes“, sondern einfachhin: „Im Anfang war das WORT“?

Darauf sage ich: Es gibt zwar viele Wahrheiten durch Teilhabe, aber nur eine Wahrheit schlechthin, die durch ihr Wesen Wahrheit ist, nämlich das göttliche Sein selbst; durch diese Wahrheit sind alle Worte Wort. Ebenso gibt es nur eine Weisheit schlechthin, über alles erhaben, nämlich die göttliche Weisheit; durch die Teilhabe an ihr sind alle Weisen weise. So auch gibt es nur ein WORT schlechthin; durch die Teilhabe an ihm heißen alle, die des Wortes fähig sind, redende Wesen. Dies aber ist das göttliche WORT, das durch sich selbst WORT ist, erhoben über alle Worte.

Ut ergo Evangelista hanc supereminentiam divini Verbi significaret, ipsum Verbum absque ulla additione nobis absolute proposuit<sup>13</sup>; et quia Graeci, quando volunt significare aliquid segregatum et elevatum ab omnibus aliis, consueverunt apponere articulum nomini, per quod illud significatur sicut Platonici<sup>14</sup> volentes significare substantias separatas, puta bonum separatum, vel hominem separatum, vocabant illud *ly* per se bonum, vel *ly* per se hominem ideo Evangelista volens significare segregationem et elevationem istius Verbi super omnia, apposuit articulum ad hoc nomen *logos* [...].

**34.** – Secundo considerandum est, quid significet hoc quod dicitur “In principio”.

Sciendum est autem quod principium, secundum Origenem<sup>15</sup>, multis modis dicitur. Cum enim principium importet ordinem quemdam ad alia, necesse est invenire principium in omnibus, in quibus est ordo.

Invenitur autem ordo in quantitativibus; et secundum hoc dicitur principium in numeris et longitudine, puta lineae.

Invenitur etiam ordo in tempore; et secundum hoc dicitur principium temporis, vel durationis.

Invenitur ordo in disciplinis, et hic est duplex: secundum naturam, et quoad nos; et utroque modo dicitur principium [...]. Et hoc modo, secundum naturam quidem, in disciplina Christiana initium et principium sapientiae nostrae est Christus, in quantum est sapientia et Verbum Dei, idest secundum divinitatem. Quoad nos vero principium est ipse Christus, in quantum “Verbum caro factum est”, idest secundum eius incarnationem.

Invenitur etiam ordo in productione rei; et secundum hoc principium dicitur ex parte generati, scilicet ipsa prima pars generati seu facti: sicut fundamentum dicitur principium domus. Vel ex parte facientis: et sic est triplex principium, scilicet intentionis, quod est finis, quod movet agentem; rationis, quod est ipsa forma in mente artificis; et executionis, quod est potentia operans.

<sup>13</sup> Vgl. Origenes, *In Ioannem* II § 13 (SC 120,214-217).

<sup>14</sup> Vgl. Aristoteles, *Metaphysica* I 9 (990b1ff.).

<sup>15</sup> Vgl. Origenes, *In Ioannem* I § 90-118 (SC 120,106-123).

Um also dies Übertagen des göttlichen WORTES auszudrücken, hat der Evangelist uns „das WORT“, schlechthin und ohne jede Hinzufügung, vor die Augen gebracht. Und weil die Griechen, wenn sie etwas von allem anderen Abgesondertes und Erhabenes bezeichnen wollten, dem Worte, womit jenes ausgedrückt werden sollte, gewöhnlich den bestimmten Artikel beifügten (so sprachen die Platoniker, wenn sie die abgetrennten Wesenheiten, etwa das abstrakte Gute oder den abstrakten Menschen, bezeichnen wollten, von „dem Guten an sich“ oder von „dem Menschen an sich“) – darum hat auch der Evangelist, da er die alles überschreitende Erhabenheit jenes WORTES ausdrücken wollte, zu dem Namen „logos“ den bestimmten Artikel hinzugefügt [...].

**34.** – An zweiter Stelle ist zu erwägen, was die Aussage „Im Anfang“ bedeute.

Man muß wissen, daß, nach Origenes, „Anfang“ in vielerlei Sinn gesagt wird. Da nämlich „Anfang“ eine Zuordnung zu etwas anderem in sich schließt, darum muß, wo immer solche Ordnung ist, auch „Anfang“ sein.

Es findet sich Ordnung im Bereich der Größen; so ist von Anfang die Rede bei den Zahlen und bei der Längenerstreckung, etwa einer Linie.

Ordnung findet sich auch in der Zeit, und so spricht man vom Anfang der Zeit und des Dauerns.

Ordnung gibt es in den Wissenschaften, und zwar eine doppelte, eine wesenhafte und eine Ordnung im Hinblick auf uns; und in beiderlei Sinn wird von „Anfang“ gesprochen [...]. In der Weise der wesenhaften Ordnung ist, in der christlichen Wissenschaft, Christus der Beginn und der Ursprung unserer Weisheit, sofern er die Weisheit und das WORT Gottes ist – das ist: gemäß seiner Gottheit. Anfang aber im Hinblick auf uns ist der gleiche Christus, sofern das WORT Fleisch geworden ist – das ist: gemäß seiner Menschwerdung.

Ordnung gibt es auch in der Hervorbringung eines Dinges. Und demgemäß heißt, im Hinblick auf das Hervorgebrachte, der früheste Teil des Hervorgebrachten oder Gemachten „Anfang“; so wird der Grundstein der Anfang des Hauses genannt. Oder, im Hinblick auf den Hervorbringenden, kann von dreierlei „Anfang“ die Rede sein: vom Anfang des Absehens, welcher das Ziel ist, das den Wirkenden bewegt; von dem des Entwurfes, welcher im Geiste des Hervorbringenden lebendige Gestalt ist; von dem Anfang der Ausführung, welcher die wirkende Kraft ist.

His igitur modis de principio inquirendum est, quomodo sumatur hic principium, cum dicit „In principio erat Verbum“.

35. – Dicendum est igitur quod potest sumi tripliciter.

Uno modo, secundum quod principium supponit pro persona Filii, quod principium est creaturarum secundum rationem virtutis activae, et per modum sapientiae, quae est ratio eorum quae fiunt; unde dicitur I *Cor.* 1,24: „Christum Dei virtutem et Dei sapientiam“. Unde et Dominus de se dicit infra VIII,25: „Ego principium, qui et loquor vobis“.

Sic ergo accipiendum principium, intelligendum est quod dicitur „In principio erat Verbum“, ac si diceret in Filio erat Verbum, ut sit sensus: ipsum Verbum est principium, ex modo loquendi, quo dicitur vita esse in Deo, quae tamen non est aliud, quam ipse Deus. Et haec est expositio Origenis.<sup>16</sup>

Dicit ergo hic Evangelista „In principio“, ut statim in principio divinitatem Verbi ostenderet, ut Chrysostomus<sup>17</sup> dicit, dum asserit ipsum esse principium; quia secundum determinationem omnium principium est honoratissimum.

36. – Secundo modo potest accipi principium, prout supponit pro persona Patris, quod est principium non solum creaturarum, sed omnis divini processus; et sic accipitur in *Ps.* CIX,3: „Tecum principium in die virtutis tuae“.

Secundum hoc ergo dicitur „In principio erat Verbum“, ac si diceretur: in Patre erat Filius. Et haec est expositio Augustini<sup>18</sup>, et etiam Origenis<sup>19</sup>.

Dicitur autem Filius esse in Patre, quia eiusdem essentiae est cum Patre. Cum enim Filius sit sui essentia, in quocumque est essentia Filii, est Filius. Quia ergo in Patre est essentia Filii per consubstantialitatem, conveniens est quod Filius sit in Patre. Unde infra XIV,10 dicitur: „Ego in Patre, et Pater in me est“.

<sup>16</sup> Vgl. Origenes, *In Ioannem* I § 116 (SC 120, 123).

<sup>17</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, *In Ioannem homiliae* II 3 (PG 59,33).

<sup>18</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* VI 3 (CCL 50,230,18f.).

<sup>19</sup> Vgl. Origenes, *In Ioannem* I § 102 (SC 120,112-115).

Auf solcherlei Weise also muß erforscht werden, in welchem Sinne hier von „Anfang“ die Rede ist, wenn es heißt: „Im Anfang war das WORT“.

35. – Es ist aber zu sagen, daß dies auf dreifache Weise verstanden werden kann.

Erstens, sofern „Anfang“ steht für die Person des Sohnes, weil er der Anfang der Schöpfung ist, sowohl im Sinne der wirkenden Kraft wie auch auf die Weise der Weisheit, welche das Urbild der Dinge ist, die geschaffen werden. Darum ist im *ersten Korintherbrief* (1,24) gesagt: „Christus: Gottes Kraft und Gottes Weisheit.“ Darum auch sagt der Herr von sich selbst: „Ich bin der Anfang, der ich auch zu euch rede“ (*Joh* 8,25).

Wenn man also „Anfang“ so versteht, dann bedeutet: „Im Anfang war das Wort“ soviel wie: Im Sohne war das WORT. Der Sinn würde sein: Das WORT selbst ist der Anfang, gemäß der Redeweise, in der gesagt wird, in Gott sei das Leben, das ja gleichwohl nicht etwas anderes ist als Gott selbst. Dies ist die Erklärung des Origenes.

Der Evangelist sagt also hier „Im Anfang“, um, wie Chrysostomus sagt, sofort zu Beginn die Göttlichkeit des WORTES zu zeigen, indem er behauptet, es selbst sei der Anfang. Der Anfang ist ja, nach der Meinung aller, das am meisten Geehrte.

36. – Zweitens kann „Anfang“ so verstanden werden, daß er steht für die Person des Vaters, weil er der Anfang nicht bloß der Schöpfung, sondern auch allen göttlichen Hervorgehens ist. So ist „Anfang“ gemeint in dem Wort des *Psalms*: „Bei dir ist der Anfang am Tage deiner Kraft“ (110 [109],3).

Demgemäß bedeutet: „Im Anfang war das WORT“ soviel wie: „Im Vater war der Sohn.“ Das ist die Auslegung des Augustinus und auch des Origenes.

Es ist aber gesagt, der Sohn sei im Vater, weil er gleichen Wesens ist mit dem Vater. Da nämlich der Sohn seines eigenen Wesens ist, darum ist, worin sich die Wesenheit des Sohnes findet, gleichfalls der Sohn. Weil also im Vater die Wesenheit des Sohnes ist, und zwar auf die Weise der Gleichwesentlichkeit, so folgt, daß der Sohn im Vater sei. So wird später gesagt: „Ich bin im Vater“, und: „Der Vater ist in mir“ (*Joh* 14,10).

37. – Tertio modo potest accipi principium pro principio durationis, ut sit sensus „In principio erat Verbum“, idest Verbum erat ante omnia, ut Augustinus<sup>20</sup> exponit, et designatur per hoc Verbi aeternitas, secundum Basilius<sup>21</sup> et Hilarius.<sup>22</sup>

Per hoc enim quod dicitur „In principio erat Verbum“, ostenditur quod quodcumque principium durationis accipiatur, sive rerum temporalium, quod est tempus, sive aeviternarum, quod est aevum, sive totius mundi, sive quodcumque imaginatum extensum per multa saecula, in illo principio iam erat Verbum. Unde Hilarius dicit VII *de Trinitate*: „Transeuntur tempora, transcenduntur saecula, tolluntur aetates. Pone aliquid quod voles tuae opinionis principium; Verbum iam erat, unde tractatur.“<sup>23</sup> Et hoc est quod dicitur *Prov.* VIII,22: „Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio“. Quod autem est ante durationis principium, est aeternum.

38. – Sic igitur secundum primam expositionem, asseritur Verbi causalitas; secundum autem secundam, Verbi consubstantialitas ad Patrem, qui Verbum loquitur; secundum vero tertiam, Verbi coaeternitas.

39. – Considerandum est etiam hic, quod dicitur „Verbum erat“, quod est temporis praeteriti imperfecti, et hoc maxime videtur competere ad designandum aeterna, si attendamus naturam temporis et eorum quae sunt in tempore. Quod futurum est, nondum est actu; praesens autem actu est, et per hoc quod est actu praesens, non designatur fuisse: praeteritum autem perfectum designat aliquid extitisse, et esse iam determinatum, et iam defuisse; sed praeteritum imperfectum significat aliquid fuisse, et non esse adhuc determinatum, nec defuisse, sed adhuc remanere. Ideo signanter Ioannes ubicumque ponit aliquid aeternum, dicit „erat“; ubi vero dicit aliquid temporale, dicit „fuit“, ut infra patebit.

<sup>20</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* VI 3 (CCL 50,230,20f.).

<sup>21</sup> Vgl. Basilius von Cäsarea, *Homilia XVI super „In principio erat Verbum“* 1 (PG 31,472-482).

<sup>22</sup> Vgl. Hilarius von Poitiers, *De trinitate* II 13 (PL 10,60).

<sup>23</sup> Vgl. *ibd.*

37. – Drittens kann „Anfang“ als Beginn des Dauerns verstanden werden – so daß der Sinn wäre: Im Anfang war das WORT, das heißt, das WORT war allem zuvor; so erläutert es Augustinus. Nach Basilius und Hilarius wird hierdurch die Ewigkeit des WORTES bezeichnet.

Dadurch nämlich, daß es heißt: „Im Anfang war das WORT“, wird dargetan, daß, wie auch immer der Beginn des Dauerns verstanden sei (ob der zeitlichen Dinge, also der Zeit, oder der äonischen Dinge, also des Äon, oder der ganzen Welt oder einer sonst vorgestellten Erstreckung durch viele Zeitalter), immer in solchem Anfang schon das WORT war. Darum sagt Hilarius im siebenten Buch *Über die Dreieinigkeit*: „Überschritten werden die Zeiten, überstiegen die Weltalter, aufgehoben die Epochen. Setze nach Belieben irgendeinen Anfang: es war schon das WORT, von dem er sich herleitet.“ Dies ist es, was gesagt wird in dem *Buch der Sprüche*: „Der Herr hat mich besessen am Anfang seiner Wege, bevor er irgend etwas machte von Anfang an“ (8,22). Was aber dem Beginn der Dauer zuvor ist, das ist ewig.

38. – So also wird in der ersten Erläuterung die Urheberchaft des WORTES ausgesagt; in der zweiten die Gleichwesentlichkeit des WORTES mit dem Vater, welcher das WORT spricht; in der dritten des WORTES Gleich-Ewigkeit.

39. – Es ist hier auch zu bedenken, daß in der Zeitform der unvollendeten Vergangenheit gesagt ist: Es „war“ das WORT. Diese Zeitform aber scheint, wenn wir das Wesen der Zeit und dessen, was in der Zeit ist, ins Auge fassen, am ehesten der Bezeichnung der ewigen Dinge gemäß zu sein. Was zukünftig ist, das ist noch nicht wirklich. Das Gegenwärtige aber ist wirklich; und dadurch, daß es wirklich gegenwärtig ist, wird gesagt, daß es noch nicht gewesen ist. Die vollendete Vergangenheit aber besagt, daß etwas Dasein gehabt hat, jedoch bereits zu Ende und dahin ist. Die unvollendete Vergangenheit hingegen bedeutet, daß etwas zwar gewesen, aber noch nicht zu Ende und vorbei sei, vielmehr jetzt noch währe. Darum sagt Johannes mit kennzeichnendem Bedacht: „es war“, wann immer er von etwas Ewigem spricht; meint er aber etwas Zeithaftes, so sagt er: „es ist gewesen“ – wie sich im weiteren zeigen wird.

Sed quantum ad rationem praesentis competit maxime ad designandum aeternitatem praesens tempus, quod signat aliquid esse in actu, quod semper convenit aeternis: et ideo dicitur *Ex. III,14*: „Ego sum qui sum“; et Augustinus<sup>24</sup> dicit, quod ille solus vere est, cuius esse non novit praeteritum et futurum.

40. – Est etiam considerandum quod hoc verbum „erat“, secundum *Glossam*<sup>25</sup>, non sumitur hic in quantum significat temporales motus, more aliorum verborum, sed secundum quod signat rei existentiam: unde et verbum substantivum dicitur.

41. – Sed potest aliquis quaerere, cum Verbum sit genitum a Patre, quomodo possit esse Patri coaeternum: homo enim Filius a Patre homine genitus, est eo posterior.

Ad quod dicendum est quod principium originis invenitur esse prius duratione, eo quod est ex principio, propter tria. – Primo quidem quia principium originis alicuius rei praecedit tempore actionem, qua producit rem cuius est principium; sicut non statim quando homo est, incipit scribere, et ideo tempore praecedit Scripturam. – Secundo per hoc quod actio successionem habet, et ideo etiam si simul cum agente incipiat, tamen terminus actionis est post agentem: sicut simul cum generatus est ignis in istis inferioribus, incipit sursum tendere; prius tamen est ignis quam sit sursum, quia motus quo sursum tendit, quodam tempore mensuratur. – Tertio modo eo quod ex voluntate principii determinatur initium durationis eius quod est in principio, sicut ex voluntate Dei determinatur initium durationis creaturae: unde prius fuit Deus quam creatura.

Nihil autem horum trium in generatione divini Verbi invenitur.

Non enim Deus primo fuit quam inceperit generare Verbum: cum enim generatio Verbi nihil aliud sit quam intelligibilis conceptio, sequeretur quod Deus esset prius intelligens in potentia quam in actu, quod est impossibile.

<sup>24</sup> Vgl. Augustinus, *De trinitate* V 3 (CCL 50,208,10-17); *In Ioannem tractatus* 39,8 (CCL 36,349,9f.).

<sup>25</sup> Vgl. Johannes Scotus Eriugena, *Homilia in Prologum S. Evangelii secundum Ioannem* II (SC 151,226).

Faßt man freilich den Begriff des Gegenwärtigseins ins Auge, so ist zur Bezeichnung der Ewigkeit am allermeisten die Zeitform der Gegenwart fähig, weil sie den Stand des Wirklichseins ausspricht, welcher den ewigen Dingen immer eigen ist. Darum auch ist gesagt (*Ex 3,14*): „Ich bin der Ich bin“; und Augustinus sagt: „Jener allein ist in Wahrheit, dessen Sein weder Vergangenheit kennt, noch Zukunft.“

40. – Es ist auch zu bedenken, daß dies Zeitwort „war“ – so sagt die *Glosse* – hier nicht in dem Sinne gemeint ist, daß es, wie andere Zeitwörter, die zeithaften Veränderungen ausdrückt, sondern in dem Sinne, daß es das Dasein eines Wirklichen ausdrückt – weswegen es auch „substantivisches Zeitwort“ genannt wird.

41. – Es mag aber einer fragen: wie das WORT gleichewig sein könne mit dem Vater, wenn es doch vom Vater gezeugt sei. Denn der menschliche Sohn, vom menschlichen Vater gezeugt, ist später als dieser.

Darauf ist zu sagen: aus dreifacher Ursache ist der Ursprungsgrund zeitlich früher als das, was aus ihm hervorgeht. – Erstens. weil der Ursprungsgrund zeitlich dem Wirken vorausgeht, durch das er das Wirkliche hervorbringt, dessen Ursprung er ist. So auch beginnt der Mensch nicht schon, sobald er lebt, zu schreiben; er ist also zeitlich früher als sein Schreiben. – Zweitens dadurch, daß im Wirken Aufeinanderfolge ist und also die Frucht des Wirkens später ist als der Wirkende, selbst wenn des Wirkens Anfang mit dem des Wirkenden in eins fiele. So beginnt zwar das Feuer, sobald es am Grunde entzündet ist, sogleich emporzuflammen; dennoch ist es eher Feuer, als es oben ist, weil die Bewegung, durch die es nach oben strebt, eine gewisse Zeit währt. – Auf eine dritte Weise dadurch, daß aus dem Willen des Ursprungs bestimmt wird, wann das, was aus ihm hervorgeht, beginnen soll, da zu sein; so hat der Wille Gottes den zeitlichen Anfang der Schöpfung bestimmt, weswegen Gott früher ist als die Schöpfung.

Von diesen drei Möglichkeiten findet sich aber keine in der Zeugung des göttlichen WORTES.

Denn: Gott war nicht, bevor er begonnen hätte, das WORT zu zeugen. Da nämlich die Zeugung des WORTES nichts anderes ist als ein geistiges Erkennen, so würde folgen, daß Gott früher der Möglichkeit nach erkennend wäre als in tathafter Wirklichkeit. Das aber ist unmöglich.

Similiter non potest esse quod ipsa Verbi generatio sit successiva: sic enim divinum Verbum prius esset informe quam formatum, sicut accidit in nobis, qui cogitando Verba formamus; quod est falsum, ut iam dictum est. Similiter non potest dici quod Pater sua voluntate initium durationis Filio suo praestiterit; quia Deus Pater non generat Filium voluntate, ut Ariani<sup>26</sup> dixerunt, sed naturaliter: Deus enim Pater seipsum intelligendo, Verbum concepit, et ideo non ante fuit Deus Pater quam Filius.

Huius aliqualis similitudo apparet in igne, et in splendore procedente ab igne: procedit enim splendor naturaliter et sine successione. Item si ignis esset aeternus, splendor eius coaeternus esset: propter quod Filius dicitur splendor Patris; *ad Hebr. I,3*: „Qui cum sit splendor gloriae“ et cetera. Sed in hac similitudine deficit connaturalitas, et ideo nominamus eum Filium, cum tamen in humana filiatione deficiat coaeternitas. Oportet enim ex multis similitudinibus sensibilium in divinam cognitionem pervenire, quia una non sufficit [...].

42. – Nominamus ergo Filium diversis nominibus, ad exprimendum perfectionem eius, quae uno nomine non potest exprimi. Ut enim ostendatur connaturalis Patri, dicitur Filius; ut ostendatur in nullo dissimilis, dicitur imago; ut ostendatur coaeternus, dicitur splendor; ut ostendatur immaterialiter genitus, dicitur Verbum.

## II.

43. – Deinde dicit „Et Verbum erat apud Deum“. Hic ponitur secunda clausula, quam Evangelista ponit in sua narratione.

Ubi prius consideranda est significatio duorum verborum quae in prima clausula posita non fuerunt, scilicet „Deum“ et „apud“. Quid enim sit Verbum, et quid principium, iam expositum est [...].

<sup>26</sup> Vgl. Hilarius von Poitiers, *De synodis* (PL 10,520).

Gleicherweise kann es nicht sein, daß die Zeugung des WORTES selbst in zeitlichem Nacheinander geschehe. Dann wäre das göttliche WORT früher ungestaltet als gestaltet – wie es bei uns ist, die wir denkend die Worte gestalten. Das aber ist falsch, wie schon gesagt wurde. – Ebenso kann man nicht sagen, der Vater habe dem Sohne durch seinen Willen den Anfang des Dauerns vorbestimmt. Denn Gott der Vater zeugt den Sohn nicht, wie die Arianer sagten, kraft seines Willens, sondern kraft seines Wesens; Gott der Vater nämlich zeugt, indem er sich selbst erkennt, das WORT. Und so ist Gott der Vater nicht früher als der Sohn.

Eine Art Gleichnis dessen zeigt sich im Feuer und in dem Lichtglanz, der vom Feuer ausgeht: der Lichtglanz geht nämlich, ohne ein Nacheinander, aus der Natur des Feuers hervor. Wenn demnach das Feuer ewig wäre, so wäre der Lichtglanz gleichewig mit ihm. So wird auch der Sohn der Lichtglanz des Vaters genannt („Welcher der Lichtglanz der Herrlichkeit ist ...“, *Hebr. I,3*). Es fehlt aber in diesem Gleichnis die Gleichwesentlichkeit; und darum sprechen wir vom Sohne, obwohl durch menschliche Sohnschaft die Gleichewigkeit nicht darstellbar ist. Es ist eben notwendig, von einer Vielzahl sinnlicher Bilder her zur Erkenntnis des Göttlichen vorzudringen; ein einziges genügt nicht [...].

42. – So benennen wir also den Sohn mit verschiedenen Namen, um seine Vollkommenheit auszusprechen, die ein einziger Name nicht zu fassen vermag. Der Name „Sohn“ bekundet, daß er gleichen Wesens ist mit dem Vater; der Name „Ebenbild“ sagt, daß er ihm in nichts unähnlich ist; der „Lichtglanz“ bedeutet die Gleichewigkeit, und das WORT die Unstofflichkeit der Zeugung.

## II.

43. – Danach ist gesagt: „Und das WORT war bei Gott“, der zweite Satz in der Aussage des Evangelisten.

Hier ist zunächst die Bedeutung der beiden Worte zu bedenken, die in dem ersten Satze nicht vorkommen, nämlich „Gott“ und „bei“. Was nämlich „WORT“ besage und was „Anfang“, ist bereits dargelegt worden [...].

44. – Sciendum est ergo in primis quod hoc nomen Deus significat divinitatem, sed in supposito et concrete; hoc vero nomen deitas significat deitatem in abstracto, et absolute: et inde est quod non potest supponere pro persona ex naturali virtute et ex modo significandi; sed supponit solummodo pro natura. Hoc vero nomen Deus habet naturaliter ex modo significandi quod supponat pro aliqua personarum, sicut hoc nomen homo supponit pro supposito humanitatis, et ideo quandocumque veritas locutionis, vel ipsum praedicatum exigit ut hoc nomen Deus supponat pro persona, tunc supponit pro persona ut cum dicimus, Deus generat Deum. Et ita cum hic dicitur “apud Deum”, necesse est quod Deus pro persona Patris supponat, quia haec praepositio apud distinctionem significat Verbi, quod esse dicitur “apud Deum”; et licet significet distinctionem in persona, non tamen in natura, cum eadem sit natura Patris et Filii. Evangelista igitur significare voluit Patris personam per hoc quod dixit “Deum”.

45. – Sciendum est autem circa hoc quod haec praepositio apud quamdam coniunctionem rei significatae per rectum, ad rem significatam per obliquum importat, sicut haec praepositio in. Sed differenter, quia haec praepositio in significat quamdam coniunctionem intrinsecam; haec vero praepositio apud quodammodo extrinsecam coniunctionem importat. Et utrumque dicimus in divinis: scilicet Filium esse in Patre, et esse apud Patrem; et intrinsecum quidem ad consubstantialitatem pertinet, extrinsecum vero (ut sic loqui liceat, cum improprie in divinis dicatur extrinsecum) non nisi ad distinctionem personalem refertur, cum Filius a Patre solum per originem distinguatur [...].

Et quia haec praepositio in, ut dictum est, principaliter consubstantialitatem designat, in quantum importat coniunctionem intrinsecam, et ex consequenti distinctionem personarum, in quantum omnis praepositio est transitiva; haec autem praepositio apud distinctionem personalem significat principaliter, consubstantialitatem vero, in quantum quamdam coniunctionem significat quasi extrinsecam,

44. – Zunächst also ist zu bedenken, daß der Name „Gott“ die Göttlichkeit bedeutet, und zwar, in konkretem Sinn, ihren Träger. Der Name „Gottheit“ ist dagegen in einem abstrakten und abgetrennten Sinn gemeint. Darum auch kann er, aus seiner natürlichen Bedeutungsmacht, nicht für eine Person stehen, sondern nur für die Wesenheit. Der Name „Gott“ aber steht aus seiner natürlichen Bedeutungsmacht für eine der göttlichen Personen, wie auch der Name „Mensch“ den personhaften Träger des Menschseins meint. Wann immer daher die Wahrheit der Aussage oder die Bedeutung des Ausgesagten es verlangt, steht dieser Name „Gott“ für eine Person, etwa wenn gesagt wird: Gott zeugt Gott. So auch muß hier, in der Aussage „bei Gott“, der Name „Gott“ notwendig für die Person des Vaters stehen; denn das Verhältniswort „bei“ bezeichnet die Unterschiedenheit des WORTES, von dem gesagt wird, es sei „bei Gott“, und zwar bezeichnet es eine Unterschiedenheit der Person, nicht der Wesenheit, da die Wesenheit des Vaters und des Sohnes die gleiche ist. Durch das Wort „Gott“ wollte demnach der Evangelist die Person des Vaters benennen.

45. – Das Verhältniswort „bei“ aber besagt eine Verknüpfung zwischen einem durch den Nominativ und einem durch den Dativ bezeichneten Wirklichen. Ähnlich ist es mit dem Verhältniswort „in“, und doch wieder anders; denn „in“ besagt eine innere, „bei“ aber eher eine äußerliche Verknüpfung. Beides kann in bezug auf die Gottheit gesagt werden, sowohl, daß der Sohn „im“ Vater, wie daß er „bei“ dem Vater sei. Dabei ist die innere Verknüpfung auf die Gleichwesentlichkeit bezogen, die äußerliche aber – wenn es erlaubt ist, so zu sprechen, da ja im Hinblick auf Gott nur im uneigentlichen Sinn von einem „Außen“ die Rede sein kann – einzig auf die Unterschiedenheit der Personen, da der Sohn sich vom Vater nur durch den Ursprung unterscheidet [...].

Weil nun das Verhältniswort „in“, wie gesagt, erstlich die Gleichwesentlichkeit bezeichnet, sofern es eine innere Verknüpfung meint (freilich dann auch die Unterschiedenheit der Personen, da ja ein Verhältniswort stets die Beziehung des einen zum anderen besagt), weil andererseits das Verhältniswort „bei“ erstlich die Unterschiedenheit der Personen bezeichnet (und danach freilich auch die Gleichwesentlichkeit, sofern ja eine, wenn auch sozusagen äußere, Verbindung gemeint ist) –

ideo Evangelista in hoc loco specialiter ista praepositione apud usus est, ut distinctionem personae Filii a Patre insinuet, cum dixit „Et Verbum erat apud Deum“, idest Filius apud Patrem, ut alia persona apud aliam.

**46.** – Sciendum est autem quod per hanc praepositionem apud quatuor significantur, per quae obiectiones quatuor contrariae excluduntur.

Significat enim haec praepositio apud primo subsistentiam in recto; quia ea quae subsistentiam per se non habent, non dicuntur proprie esse apud aliquid: sicut non dicimus albedinem esse apud corpus, et similiter de aliis quae per se non subsistunt. Ea autem quae per se subsistunt, dicuntur proprie esse unum apud aliud; sicut dicimus hominem esse apud hominem, et lapidem apud lapidem.

Secundo significat auctoritatem in obliquo, non enim proprie dicitur rex esse apud militem sed proprie dicitur miles apud regem.

Tertio dicit distinctionem: non enim proprie dicitur aliquis esse apud seipsum, sed unus homo est apud alium.

Quarto significat coniunctionem et societatem quamdam: cum enim dicitur aliquis esse apud alium, insinuat nobis inter eos quaedam socialis coniunctio. Secundum autem istas conditiones importatas in significatione huius praepositionis apud convenienter Evangelista hanc clausulam, scilicet „Verbum erat apud Deum“, subiungit primae clausulae, scilicet „In principio erat Verbum“.

Praetermissa namque una illarum trium expositionum huius quod est „In principio erat Verbum“, illa scilicet secundum quam principium ponitur pro Filio, ad quamlibet aliarum expositionum, scilicet ad illam quae principium dicit idem quod ante omnia, et ad illam secundum quam principium sumitur pro Patre, duplex obiectio fit ab haereticis; et sic sunt quatuor obiectiones, quas per quatuor conditiones huius praepositionis „apud“ supra positas excludere possumus.

darum hat der Evangelist, um die Unterschiedenheit der Person des Sohnes vom Vater zu verdeutlichen, an dieser Stelle ausdrücklich das Verhältniswort „bei“ gebraucht. „Und das WORT war bei Gott“ – das heißt: der Sohn war bei dem Vater wie eine Person bei einer anderen.

**46.** – Man muß aber sehen, daß durch dieses Verhältniswort „bei“ vier Dinge mitausgesagt sind, wodurch vier entgegenstehende Einwände entkräftet werden.

Das Verhältniswort „bei“ besagt erstens, das durch den Nominativ bezeichnete Wirkliche sei etwas Für-sich-Seiendes. Was nämlich nicht ein In-sich-Sein hat, kann, im strengen Sinn, nicht „bei“ etwas anderem sein. So sagen wir nicht, das Weiße sei „bei“ einem Körperding; und ähnlich ist es auch sonst mit dem, was nicht ein In-sich-Sein hat. Was aber ein In-sich-Sein hat, vermag im eigentlichen Sinn „bei“ einem anderen zu sein, Mensch „bei“ Mensch, Stein „bei“ Stein.

Zweitens drückt „bei“ den höheren Rang des durch den Dativ bezeichneten Wirklichen aus. Streng genommen, kann man nicht sagen, der König sei „bei“ dem Soldaten; eigentlich gesprochen, heißt es: der Soldat ist „bei“ dem König.

Drittens bedeutet „bei“ eine Unterschiedenheit. Es kann einer nicht eigentlich „bei“ sich selbst sein, sondern ein Mensch ist „bei“ einem andern.

Viertens besagt „bei“ eine Verbundenheit und Gemeinschaft. Wenn nämlich gesagt wird, einer sei „bei“ dem anderen, so ist uns deutlich, daß zwischen ihnen irgendeine Beziehung der Gemeinsamkeit besteht. Von allen diesen Bedeutungen her, die das Verhältniswort „bei“ in sich schließt, erscheint es sinnvoll, daß der Evangelist auf den ersten Satz: „Im Anfang war das WORT“ diesen zweiten folgen ließ: „Und das WORT war bei Gott“.

Denn abgesehen von der ersten jener drei Deutungen des Satzes „Im Anfang war das WORT“ (nach welcher „Anfang“ für „Sohn“ steht) wird gegen jede der übrigen Deutungen (gegen die, nach welcher „Anfang“ dasselbe ist wie „früher als alles“, und gegen die, nach welcher unter „Anfang“ der „Vater“ zu verstehen ist) ein zweifacher Einwand erhoben von seiten der Häretiker. So sind es vier Einwendungen, die wir zurückzuweisen vermögen auf Grund der angegebenen vierfachen Bedeutung des Verhältniswortes „bei“.

47. – Quarum prima talis est: tu dicis quod Verbum erat in principio, idest ante omnia; sed ante omnia nihil erat; ubi ergo erat Verbum, si ante omnia nihil erat?

Haec autem obiectio procedit secundum imaginationem eorum qui ponunt, omne quod est, esse alicubi et in loco. Quae quidem excluditur a Ioanne, cum dicit „apud Deum“. Et designat coniunctionem secundum ultimam dictarum conditionum, ut sit sensus, secundum Basilium<sup>27</sup>: ubi ergo erat Verbum? Respondet „apud Deum“, non in aliquo loco, cum incircumscriptibile sit, sed apud Patrem, qui nullo comprehenditur loco.

48. – Secunda quaestio ad idem, est talis: tu dicis quod Verbum erat in principio, idest ante omnia. Sed ea quae sunt ante omnia, a nullo videntur procedere; cum illud a quo procedit aliquid, prius esse videatur eo quod procedit ab ipso; ergo Verbum non est procedens ab alio.

Haec autem obiectio excluditur cum dicit „Verbum erat apud Deum“, ut ly apud accipiatur secundum secundam conditionem, secundum quam importat auctoritatem in causali, et sit sensus secundum Hilarium<sup>28</sup>: a quo est Verbum si ante omnia? Evangelista respondet „Verbum erat apud Deum“; quasi dicat: licet Verbum careat initio durationis, non tamen caret principio vel auctore: erat enim apud Deum, ut apud auctorem.

49. – Tertia quaestio est ad aliam expositionem secundum quam principium supponit pro Patre; quae talis est: tu dicis „In principio erat Verbum“, idest Filius erat in Patre; sed illud quod est in aliquo, non videtur esse subsistens, ut hypostasis: sicut albedo quae est in corpore, non subsistit.

Sed haec obiectio solvitur per hoc quod dicit „Verbum erat apud Deum“; ut ly apud sumatur secundum primam conditionem per quam importat subsistentiam in recto; et sic, secundum Chrysostomum<sup>29</sup>, est sensus „Verbum erat in principio“, non ut accidens: sed „erat apud Deum“, ut subsistens, et hypostasis divina.

<sup>27</sup> Vgl. Basilium von Cäsarea, *Homilia XVI super „In principio erat Verbum“* 4 (PG 31,479).

<sup>28</sup> Vgl. Hilarius von Poitiers, *De trinitate* II 14 (PL 10,61)

<sup>29</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, *In Ioannem homiliae* III 3 (PG 59,43).

47. – Der erste Einwand ist dieser: Du sagst, das WORT war im Anfang, das ist, früher als alles. Früher als alles aber war das Nichts. Wo also war das WORT, wenn früher als alles das Nichts war?

Dieser Einwand stammt aus der Vorstellung jener, die meinen, alles, was ist, sei irgendwo und an irgendeinem Orte. Dies aber wird von Johannes dadurch abgewiesen, daß er „bei Gott“ sagt und damit, gemäß der zuletzt genannten Bedeutung, eine Verbundenheit bezeichnet. So daß, nach Basilius, der Sinn dieser ist: Wo also war das WORT? Antwort: Es war bei Gott, nicht an irgendwelchem Ort – das WORT ist ja unumgrenzbar, sondern beim Vater, den kein Raum zu fassen vermag.

48. – Die zweite Frage geht auf das gleiche; sie lautet: Du sagst, das WORT sei im Anfang, das heißt, früher als alles. Was aber früher ist als alles, das kann offenbar nicht aus etwas anderem hervorgehen, da doch das, woraus etwas hervorgeht, früher ist als das, was aus ihm hervorgeht. Also geht das WORT nicht aus einem anderen hervor.

Diese Einwendung wird aber hinfällig durch den Satz: „Das WORT war bei Gott“, sofern das Verhältniswort „bei“ gemäß der zweiten Bedeutung verstanden wird, welche einen Vorrang im ursächlichen Sinne besagt. So daß nach Hilarius der Sinn dieser ist: Woher ist das WORT, wenn es früher als alles ist? Der Evangelist antwortet: „Das WORT war bei Gott“, wie wenn er sagte, zwar habe das WORT keinen Anfang des Dauerns, doch fehle ihm nicht Ursprung noch Urheber: es war „bei Gott“, bei seinem Ursprung.

49. – Die dritte Frage bezieht sich auf die andere Deutung, nach welcher „Anfang“ für „Vater“ steht; sie lautet:

Du sagst: „Im Anfang war das WORT“, was soviel bedeuten soll wie: der Sohn war im Vater. Aber, was „in“ etwas anderem ist, das hat offenbar kein In-sich-Sein, wie auch das Weiße, das in einem Körperding ist, kein In-sich-Sein hat. – Diese Einwendung wird jedoch entkräftet dadurch, daß gesagt ist: „Das WORT war bei Gott“ – sofern nämlich das Verhältniswort „bei“ in seiner erstgenannten Bedeutung genommen wird, welche auf Seiten des im Nominativ genannten Wirklichen ein In-sich-Sein aussagt. So daß, nach Chrysostomus, der Sinn dieser ist: Das WORT war im Anfang, aber nicht als etwas bloß Anhaftendes, sondern es war „bei“ Gott als ein In-sich-Seiendes, als göttliche Person.

50. – Quarta quaestio ad idem est talis: tu dicis quod Verbum erat in principio, idest in Patre; quod autem est in aliquo, non est distinctus a Patre.

Sed haec obiectio excluditur per hoc quod dicit “Et Verbum erat apud Deum”; ut ly apud sumatur secundum tertiam conditionem, secundum quam significat distinctionem: ut sit sensus, secundum Alcuinum<sup>30</sup> et Bedam<sup>31</sup>, Verbum erat apud Deum”, et sic erat in Patre per consubstantialitatem naturae, quod tamen est apud ipsum per distinctionem personae.

51. – Sic ergo per hanc clausulam “Et Verbum erat apud Deum”, ostenditur coniunctio Verbi ad Patrem in natura, secundum Basilium; distinctio autem in persona, secundum Alcuinum et Bedam; substantia Verbi in natura divina, secundum Chrysostomum; auctoritas Patris ad Verbum, secundum Hilarium [...].

### III.

53. – Deinde dicit “Et Deus erat Verbum”. Haec est tertia clausula narrationis Ioannis, quae quidem secundum ordinem doctrinae congruentissime sequitur. Quia enim Ioannes dixerat de Verbo quando erat et ubi erat; restabat quaerere, quid erat Verbum; idest Verbum erat Deus, ut ly Verbum ponatur ex parte subiecti, et ly Deus ex parte praedicati.

54. – Sed cum prius quaerendum sit de re quid est, quam ubi et quando sit, videtur quod Ioannes hunc ordinem pervertat, insinuans primo de Verbo ubi et quando sit.

Ad hanc autem quaestionem respondet Origenes<sup>32</sup>, quod aliter dicitur esse Verbum Dei apud hominem, et aliter apud Deum. Nam apud hominem est ut perficiens ipsum, quia per illud homo efficitur sapiens et bonus, *Sap. c. VII,27*: “Amicos Dei et prophetas constituit”.

<sup>30</sup> Vgl. Alkuin, *Commentarium in S. Ioannis evangelium* 1 (PL 100,745).

<sup>31</sup> Vgl. Beda Venerabilis, *In S. Ioannis evangelii expositio* 1 (PL 92,638).

<sup>32</sup> Vgl. Origenes, *In Ioannem* II § 10 (SC 120,213-215).

50. – Die vierte Frage bezieht sich auf das gleiche. Sie lautet: Du sagst, das WORT war im Anfang, das heißt, im Vater. Was aber „in“ jemandem ist, das unterscheidet sich nicht von ihm; der Sohn ist also nicht etwas vom Vater Unterschiedenes.

Dieser Einwand nun wird hinfällig durch den Satz: „Und das WORT war bei Gott“, sofern das „bei“ in der dritten Bedeutung genommen wird, welche gerade die Verschiedenheit ausdrückt. So daß, nach Alkuin und Beda, der Sinn dieser ist: „Das WORT war bei Gott“, und so war es „im“ Vater kraft der Gleichheit des Wesens, während es zugleich „bei“ ihm war kraft der Unterschiedenheit der Person.

51. – So also zeigt sich in diesem Satz: „Und das WORT war bei Gott“ die Verbundenheit des WORTES mit dem Vater in der Wesenheit, gemäß Basilium; die Unterschiedenheit in der Person, gemäß Alkuin und Beda; das In-sich-Sein des WORTES innerhalb der göttlichen Wesenheit, gemäß Chrysostomus; der Vorrang des Vaters vor dem WORT, gemäß Hilarius [...].

### III.

53. – Danach ist gesagt: „Und Gott war das WORT.“ – Dies ist in der Erzählung des Johannes der dritte Satz. Er entspricht auf das genaueste der Ordnungsfolge der Lehre. Nachdem nämlich Johannes vom WORTES gesagt hat, wann es war und wo es war, blieb noch zu fragen, was das WORT war. Das WORT war Gott – so verstanden, daß „WORT“ Subjekt ist und „Gott“ Prädikat.

54. – Da aber die Frage nach dem Was vor der Frage nach Wann und Wo liegt, scheint Johannes die Reihenfolge zu verkehren, da er zuerst über Wann und Wo des WORTES spricht.

Hierzu sagt Origenes, das WORT Gottes sei auf andere Weise bei den Menschen als bei Gott. Bei dem Menschen sei es als das, was den Menschen vollkommen macht; durch das WORT nämlich wird der Mensch weise und gut: „Es macht zu Freunden Gottes und zu Propheten“ (*Weish 7,27*).

Apud Deum vero non ita dicitur esse Verbum, quasi Pater perficiatur per Verbum et illustretur ab ipso; sed sic est apud Deum, quod accipiat naturalem divinitatem ab ipso, qui Verbum loquitur, a quo habet ut sit idem Deus cum eo. Ex eo ergo quod est per originem apud Deum, necesse fuit primum ostendere quod Verbum erat in Patre et apud Patrem, quam quod Verbum erat Deus.

55. – Sciendum est autem quod per hanc clausulam “Deus erat Verbum”, responderi potest duabus obiectionibus, quae ex praecedentibus insurgunt.

Quarum una insurgit ex nomine Verbi, et est talis: tu dicis quod “Verbum erat in principio, et apud Deum”; constat autem quod verbum secundum communem usum loquendi significat vocem aliquam et enuntiationem necessariorum, manifestationem cogitationum; sed ista transeunt et non subsistunt; posset ergo credi quod de tali verbo Evangelista loqueretur.

Sed ista quaestio satis per praedicta excluditur, secundum Hilarium<sup>33</sup> et Augustinum, *Hom. prima super Io.*<sup>34</sup>, qui dicit, manifestum esse, verbum in hoc loco non posse pro locutione accipi, quia cum locutio sit in motu et transeat, non posset dici quod “In principio erat Verbum”, si verbum esset quid transiens et in motu. Item cum dicit “Et Verbum erat apud Deum”, datur idem intelligi; satis enim patet quod aliud est inesse, et aliud est adesse. Verbum enim nostrum, cum non subsistat, non adest, sed inest; Verbum autem Dei est subsistens, et ideo adest. Et idcirco Evangelista signanter dixit “Verbum erat apud Deum”. Sed tamen, ut obiectionis causa tollatur totaliter, naturam et esse Verbi subdit, dicens “Et Verbum erat Deus”.

56. – Alia quaestio insurgit ex hoc quod dixerat “apud Deum”. Cum enim ly apud dicat distinctionem, posset credi quod “Verbum erat apud Deum”, scilicet Patrem, ab ipso in natura distinctum. Et ideo ad hoc excludendum statim subdit consubstantialitatem Verbi ad Patrem, dicens “Et Verbum erat Deus”; quasi dicat: non separatus a Patre per diversitatem naturae, quia ipsum Verbum est Deus.

<sup>33</sup> Vgl. Hilarius von Poitiers, *De trinitate* II 15 (PL 10,61).

<sup>34</sup> Vgl. Augustinus, *In Iohannem tractatus* I 8 (CCL 36,4,1-5,39).

Bei Gott aber ist das WORT nicht auf die Weise, daß der Vater durch das WORT vollkommener würde und von ihm Erleuchtung erführe. Sondern es ist auf solche Weise bei Gott, daß es die wesenhafte Göttlichkeit empfängt von dem, der das WORT spricht; von ihm her kommt es dem WORTE zu, gleicher Gott zu sein mit ihm. Weil also das WORT kraft seines Ursprunges „bei Gott“ ist, darum mußte zuerst gezeigt werden, daß das WORT im Vater und bei dem Vater war, und erst danach, daß das WORT Gott war.

55. – Man muß aber wissen, daß man auf Grund dieses Satzes „Gott war das WORT“ auf zwei Einwände zu antworten vermag, die aus dem Vorhergehenden sich ergeben könnten.

Der eine knüpft sich an den Namen WORT; er lautet also: Du sagst, das WORT war im Anfang bei Gott. Gemäß allgemeinem Sprachgebrauch aber bedeutet „Wort“ einen Laut und die Offenbarmachung von Gedanken; solches Wort aber geht dahin und hat kein In-sich-Sein; man könnte also meinen, der Evangelist spreche hier von solcherart Wort.

Diese Frage wird nun, gemäß Hilarius und Augustinus, zwar schon genugsam beantwortet durch das Vorausgehende. Augustinus sagt, es sei offenkundig, daß „Wort“ an dieser Stelle nicht im Sinne von Sprechen verstanden werden könne; da Sprechen ein Vorgang sei und etwas Vorübergehendes, könne, wenn das Wort als etwas veränderlich Vorübergehendes zu verstehen sei, unmöglich gesagt sein: „Im Anfang war das WORT“. Und wenn es heißt: „Das WORT war bei Gott“, gibt der Evangelist das gleiche zu verstehen. Denn es ist deutlich, daß „in einem andern sein“ und „bei einem andern sein“ zwei verschiedene Dinge sind. Unser Wort, das nicht ein In-sich-Sein hat, ist nicht „bei“ uns, sondern „in“ uns. Das WORT Gottes aber hat In-sich-Sein, und darum ist es „bei“. Deswegen sagt der Evangelist mit Fug: „Das WORT war bei Gott.“ – Dennoch aber, damit die Wurzel dieses Einwandes völlig dahinschwinde, fügt er noch eine Aussage über die Wesenheit und das Sein des WORTES hinzu: „Und das WORT war Gott.“

56. – Die zweite Frage entsteht aus dem „bei Gott“. Da nämlich das „bei“ eine Unterscheidung besagt, könnte einer glauben, das WORT sei „bei“ Gott, dem Vater, als etwas wesenhaft von ihm Unterschiedenes. Um dies auszuschließen, fügt Johannes sogleich hinzu, das WORT sei gleichen Wesens mit dem Vater: „Und das WORT war Gott“, wie wenn er sagte: nicht vom Vater getrennt durch die Verschiedenheit der Natur; denn das WORT selber ist Gott.

57. – Nota etiam specialem modum significandi, quia dicit “Verbum erat Deus”, absolute ponendo Deum; ut ostendat non eo modo Deum esse, quo nomen deitatis attribui dicitur creaturae in sacra Scriptura; quia cum additione aliqua aliquando hoc nomen creatura participat. Sicut illud *Ex. VII,1*: “Ego constitui te Deum Pharaonis”, ad designandum quod non erat Deus simpliciter, nec per naturam, quia constituebatur Deus alicuius determinate; et illud *Ps. LXXXI,6*: “Ego dixi, dii estis”, quasi dicat: per meam reputationem, non secundum rei veritatem, dii estis: aliud enim est Deum reputari, et aliud esse Deum. Unde Verbum absolute dicitur Deus, quia est secundum essentiam suam Deus, et non participative, sicut homines et Angeli [...].

## IV.

60. – Deinde dicit “Hoc erat in principio apud Deum”. Hic ponitur quarta clausula, quae introducitur propter clausulam praecedentem. Ex hoc enim quod Evangelista dixerat quod “Verbum erat Deus”, duplex falsus intellectus accipi poterat a non recte sentientibus.

Unus a gentilibus, qui ponunt pluralitatem et diversitatem deorum, et eorum contrarias dicunt esse voluntates; sicut illi qui fabulantur Iovem pugnasse cum Saturno; et sicut Manichaei<sup>35</sup>, qui ponunt duo contraria principia naturae. Contra hunc errorem Dominus dixit, *Deut. VI,4*: “Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est”.

Quia ergo Evangelista dixerat “Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum”, possent isti in fulcimentum sui erroris istud adducere, intelligentes alium esse Deum, apud quem est Verbum, et alium ipsum Verbum, et cum hoc alterius, sive contrariae voluntatis; quod est contra legem Evangelii.

Ad hoc ergo excludendum dicit “Hoc erat in principio apud Deum”; quasi dicat, secundum Hilarium<sup>36</sup>: ita dico quod Verbum est Deus, quod tamen non est habens divinitatem, sed est apud Deum, scilicet in una natura et eadem in qua ipse est.

<sup>35</sup> Vgl. Augustinus, *De haeresibus* 46 (PL 42,34).

<sup>36</sup> Vgl. Hilarius von Poitiers, *De trinitate* II 16 (PL 10,62).

57. – Zu bedenken ist auch die besondere Weise der Bezeichnung. Es ist gesagt: „Das WORT war Gott“, Gott schlechthin und ohne Einschränkung. Dadurch wird gezeigt, das WORT sei nicht auf jene Weise Gott, wie in der Heiligen Schrift auch dem Geschöpf der Gottesname zugesprochen wird; denn auch das Geschöpf hat manchmal mit einer gewissen Einschränkung Anteil an diesem Namen. So heißt es im Buch *Exodus* (7,1): „Ich setze dich zum Gott über Pharao“ – was bedeutet, daß Moses nicht schlechthin und wesenhaft Gott war, da er ja mit dieser näheren Bestimmung zum Gotte über jemanden „gesetzt“ wurde. Oder im *Psalms* 82 (81),6 ist gesagt: „Ich sage: Ihr seid Götter“ – was bedeuten soll: ihr seid nicht wirklich Götter, sondern ihr geltet mir wie Götter. „Als Gott gelten“ und „Gott sein“ – das sind ja verschiedene Dinge. – So wird also das WORT schlechthin Gott genannt, weil es durch seine Wesenheit Gott ist, nicht nur, wie Menschen und Engel, durch Teilhabe [...].

## IV.

60. – Danach sagt Johannes: „Dieses war im Anfang bei Gott.“ Dies ist der vierte Satz; er wird wegen des Vorhergehenden eingefügt. Daß nämlich gesagt war: „Das WORT war Gott“, konnte von solchen, die nicht recht denken, auf zweifache Weise mißverstanden werden.

Einmal von der Seite der Heiden, die annehmen, es gebe mehrere verschiedene Götter gegensätzlichen Willens. So denken jene, die davon fabeln, Jupiter habe gegen Saturn gekämpft, so auch die Manichäer, die zwei einander widerstrebende Urgründe der Natur annehmen. Gegen diesen Irrtum sagt der Herr: „Höre, Israel, der Herr, dein Gott, ist Ein Gott“ (*Dtn* 6,4).

Von jenen nun könnten die Sätze: „Das WORT war bei Gott, und Gott war das WORT“ als Stütze ihres Irrtums gedeutet und so verstanden werden, als sei das WORT selbst ein anderer Gott als der, bei welchem das WORT ist, und als seien beide verschiedenen oder gar gegensätzlichen Willens – was aber dem Gesetz des Evangeliums widerstreitet.

Um also dies auszuschließen, sagt Johannes: „Dieses war im Anfang bei Gott“ – was, nach Hilarius, bedeuten soll: Ich sage in solchem Sinn „das WORT ist Gott“, daß es dennoch nicht für sich allein die Göttlichkeit besitzt, sondern es ist „bei Gott“, eines und desselben Wesens mit ihm.



Item per hoc quod dicit, „Verbum erat Deus“ ne intelligeretur quod haberent contrariam voluntatem, addidit hoc, quod scilicet „Verbum erat in principio apud Deum“ scilicet Patrem; non divisum ab ipso, non contrarium, sed habens cum eo identitatem naturae et concordiam voluntatis: quae quidem unio fit per communionem divinae naturae in tribus personis, et per nexum naturalis amoris Patris et Filii.

61. – Alius error poterat ex praemissis verbis elici ab Arianis<sup>37</sup>, qui ponunt Filium minorem esse quam Pater, propter hoc quod dicitur: „Pater maior me est“ [infra 14,28]. Dicunt enim Patrem maiorem Filio, et quantum ad aeternitatem, et quantum ad naturae divinitatem. Ut ergo Evangelista excluderet, addidit „Hoc erat in principio apud Deum“.

Arius enim primam clausulam, scilicet „In principio erat Verbum“, admittit: non tamen vult quod ibi principium accipiatur pro Patre, sed pro principio creaturarum. Unde dicit quod Verbum erat in principio creaturarum, et ideo nequaquam Patri est coaeternus. Sed hoc excluditur, secundum Chrysostomum<sup>38</sup>, per illam clausulam „Hoc erat in principio“, non quidem creaturarum, sed „in principio apud Deum“; idest ex quo Deus fuit. Numquam enim Pater solitarius fuit a Filio, sive Verbo, sed semper hoc, scilicet Verbum, apud Deum erat.

62. – Item, Arius confitetur quod Verbum erat Deus, sed tamen minor Patre. Sed hoc excluditur per ea quae sequuntur.

Duo enim sunt propria magni Dei, quae Arius Deo Patri singulariter attribuebat, scilicet aeternitas et omnipotentia. In quocumque ergo ista duo inveniuntur, ille est magnus Deus, quo nullus est maior; sed haec duo Evangelista Verbo attribuit; ergo Verbum est magnus Deus, et non minor. Aeternitatem quidem dicit esse in Verbo per hoc quod dicit „Hoc erat in principio apud Deum“; idest Verbum ab aeterno, non solum in principio creaturarum, ut Arius intellexit, erat, sed apud Deum, accipiens esse et divinitatem ab eo. Omnipotentiam vero attribuit Verbo per hoc quod subdit „Omnia per ipsum facta sunt“.

<sup>37</sup> Vgl. Augustinus, *De haeresibus* 49 (PL 42,39).

<sup>38</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, *In Ioannem homiliae* IV 1 (PG 59,47).

Damit ferner der Satz: „Das WORT war Gott“ nicht so verstanden werden könne, als habe das WORT einen dem Vater widerstrebenden Willen, fügt Johannes hinzu: „Dieses war im Anfang bei Gott“, das ist: beim Vater, nicht getrennt von ihm noch ihm widerstrebend, sondern gleichen Wesens und einträchtigen Willens mit ihm. Diese Einung aber geschieht durch die Gemeinsamkeit des göttlichen Wesens in den drei Personen und durch das Band der wesenhaften Liebe des Vaters und des Sohnes.

61. – Einen anderen Irrtum könnten die Arianer aus dem Vorhergehenden herauslesen, welche – weil es heißt: „Der Vater ist größer als ich“ (*Joh* 14,28) – annehmen, der Sohn sei geringer als der Vater. Sie sagen nämlich, der Vater sei größer als der Sohn sowohl in bezug auf die Ewigkeit wie in bezug auf die Göttlichkeit des Wesens. Um dies also auszuschließen, fügt der Evangelist hinzu: „Dieses war im Anfang bei Gott.“

Arius nämlich erkennt den ersten Satz: „Im Anfang war das WORT“ an; er will jedoch, daß hier „Anfang“ nicht als „Vater“ verstanden werde, sondern als „Anfang der Schöpfung“. So sagt er, das WORT sei im Anfang der Schöpfung und demnach keineswegs gleichewig mit dem Vater. Dies aber wird, nach Chrysostomus, ausgeschlossen durch den Satz: „Dieses war im Anfang“ – nicht im Anfang der Schöpfung, sondern „im Anfang bei Gott“, das heißt: seit Gott war. Denn niemals war der Vater allein, ohne den Sohn oder das WORT; sondern immer war „dieses“, nämlich das WORT, bei Gott.

62. – Arius sagt ferner, das WORT sei zwar Gott, aber dennoch geringer als der Vater. Dies aber wird ausgeschlossen durch das, was folgt.

Es gibt zwei Eigentümlichkeiten des „großen Gottes“, die Arius nur Gott dem Vater zusprechen wollte, nämlich Ewigkeit und Allmacht. Bei wem also jene beiden Eigentümlichkeiten sich finden, der ist der „große Gott“. Nun aber spricht der Evangelist sie dem WORTE zu. Also ist das WORT der „große Gott“, nicht ein geringerer Gott. Ewigkeit spricht er dem WORTE zu, indem er sagt: „Dieses war im Anfang bei Gott“, das heißt: das WORT ist nicht nur, wie Arius es verstand, im Anfang der Schöpfung, sondern von Ewigkeit her bei Gott, von ihm Sein und Göttlichkeit empfangend. Allmacht aber spricht er dem WORTE zu, indem er hinzufügt: „Alles ist durch es gemacht.“

63. – Origenes<sup>39</sup> vero hanc eandem clausulam satis pulchre exponens, dicit ipsam non esse aliam a tribus primis; sed ipsam esse quemdam epilogum praemissorum.

Evangelista enim postquam insinuaverat veritatem esse Filii, transiturus ad eius insinuandum virtutem, recolligit, quasi in summa epilogando, in quarta clausula, quod in primis tribus praedixerat. Primo enim per hoc quod dicit „hoc“, intelligit tertiam clausulam; per hoc vero quod dicit „erat in principio“, recolligit primam; per hoc vero quod subdit „erat apud Deum“, recolligit secundam, ut sic non intelligas aliud Verbum, quod erat in principio et quod erat Deus; sed hoc Verbum, quod erat Deus, „erat in principio apud Deum“ [...].

65. – Per hoc etiam excluduntur errores philosophorum.

Quidam enim philosophorum antiqui, scilicet naturales, ponebant mundum non ex aliquo intellectu, neque per aliquam rationem, sed a casu fuisse; et ideo a principio rationem non posuerunt seu intellectum aliquam causam rerum, sed solam materiam fluitantem, utpote athomos, sicut Democritus posuit, et alia huiusmodi principia materialia, ut alii posuerunt.<sup>40</sup> Contra hos est quod Evangelista dicit „In principio erat Verbum“, a quo res scilicet principium sumpserunt et non a casu.

Plato<sup>41</sup> autem posuit rationes omnium rerum factarum subsistentes, separatas in propriis naturis, per quarum participationem res materiales essent: puta per rationem hominis separatam, quam dicebat per se hominem, haberent quod sint homines. Sic ergo ne hanc rationem, per quam omnia facta sunt, intelligas rationes separatas a Deo, ut Plato ponebat, addit Evangelista „Et Verbum erat apud Deum“.

Alii etiam Platonici, ut Chrysostomus<sup>42</sup> refert, ponebant Deum Patrem eminentissimum, et primum, sub quo ponebant mentem quamdam, in qua dicebant esse similitudines et ideas omnium rerum. Ne ergo sic intelligas, quod Verbum erat apud Patrem, quasi sub eo et minor eo, addit Evangelista „Et Verbum erat Deus“.

<sup>39</sup> Vgl. Origenes, *In Ioannem* II § 34 (SC 120, 231).

<sup>40</sup> Vgl. Nemesius v. Emesa, *De natura hominis* 42 (ed. Verbeke/Moncho 160,97-161,9); Augustinus, *De civitate Dei* XVIII 41 (CCL 48,636,45-52).

<sup>41</sup> Vgl. Aristoteles, *Metaphysica* I 6 (987b7); Augustinus, *De LXXXIII quaestionibus* 46 (CCL 44A,70,1-73,73).

<sup>42</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, *In Ioannem homiliae* II 2 (PG 59,31); II 4 (PG 59,34).

63. – Origenes aber, der den gleichen Satz recht schön erläutert, sagt, der Satz sei nicht verschieden von den drei ersten, sondern er sei eine Art Zusammenfassung der voraufgehenden Sätze.

Der Evangelist habe – nachdem er die Wahrheit über das Sein des Sohnes dargetan, im Begriffe, voranzuschreiten zur Darlegung seiner Macht – in dem vierten Satze, wie in einer Summe, noch einmal alles zusammengefaßt, was in den drei ersten gesagt war. Mit dem Worte „dieses“ meine er den dritten Satz; damit, daß er sage: „war im Anfang“, wiederhole er den ersten und durch die Hinzufügung „war bei Gott“ den zweiten Satz: so daß du also nicht meinen kannst, es sei ein anderes WORT, das im Anfang war, und ein anderes, das Gott war. Vielmehr war „dieses“ WORT, das Gott war, „im Anfang bei Gott“ [...].

65. – Hierdurch werden auch die Irrtümer der Philosophen ausgeschlossen.

Einige Philosophen des Altertums, die Naturphilosophen, nahmen an, die Welt sei nicht aus einem erkennenden Geiste entstanden, noch durch eine Vernunft, sondern aus dem Zufall. Darum setzten sie an den Anfang, als den Ursprung der Dinge, nicht die Vernunft noch den erkennenden Geist, sondern die hin und her wogende Materie, die Atome, wie Demokrit sagte, oder, nach der Meinung anderer, stoffliche Ursprünge dieser Art sonst. Wider sie sagt der Evangelist: „Im Anfang war das WORT“; aus ihm und nicht aus dem Zufall haben die Dinge ihren Ursprung genommen.

Platon aber lehrte, die Urbilder aller geschaffenen Dinge hätten ein getrenntes In-sich-Sein eigenen Wesens, und die stofflichen Dinge hätten ihr Sein kraft der Teilhabe an ihnen. So seien etwa die Menschen Menschen kraft des getrennten Urbildes vom Menschen, das er „den Menschen an sich“ nannte. Damit du nicht glaubest, das Urbild, durch das alles gemacht ist, seien, wie Platon lehrte, jene von Gott getrennten „Ideen“, darum fügt der Evangelist hinzu: „Und das WORT war bei Gott.“

Andere, gleichfalls Platoniker, lehrten, wie Chrysostomus berichtet: Gott, der Vater, sei das höchste und erste Wesen; unter ihm aber gebe es eine Art Vernunft, in welcher die Urbilder und Ideen aller Dinge ruhen sollen. Damit du nun nicht glaubest, das WORT sei zwar bei dem Vater, aber ihm unterstellt und geringer als er, darum fügt der Evangelist hinzu: „Und das WORT war Gott.“

Aristoteles<sup>43</sup> vero posuit in Deo rationes omnium rerum, et quod idem est in Deo intellectus et intelligens et intellectum; tamen posuit mundum coaeternum sibi fuisse. Et contra hoc est quod Evangelista dicit „hoc“, scilicet „Verbum“ solum, „erat in principio apud Deum“; ita quod ly hoc non excludit aliam personam, sed aliam naturam coaeternam.

66. – Nota etiam in praedictis differentiam Ioannis ab aliis Evangelistis, quomodo scilicet dignius Evangelium suum incepit, quam alii. Ipsi enim annuntiaverunt Christum Filium Dei ex tempore natum; *Matth.* II,1: „Cum natus esset Iesus in Bethlehem“. Ioannes vero dicit eum ab aeterno fuisse, „In principio“, inquit, „erat Verbum“. Ipsi etiam dicunt eum subito inter homines apparuisse; *Lc.* II,29: „Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuae, Israel“. Ioannes vero dicit eum apud Patrem semper fuisse. „Et Verbum“, inquit, „erat apud Deum“. Alii vero ipsum hominem; *Matth.* IX, v. 8: „Glorificabant Deum, qui potestatem talem hominibus dedit“. Ioannes vero dicit ipsum esse Deum. „Et Verbum“, inquit, „erat Deus“. Alii dixerunt eum fuisse cum hominibus conversatum; *Matth.* XVII,21: „Conversantibus autem illis in Galilaea, dixit Iesus“ etc.; sed Ioannes dicit eum apud Patrem semper fuisse. „Hoc“, inquit, „erat in principio apud Deum“.

67. – Nota etiam quod Evangelista signanter recitat hoc verbum „erat“, ut ostendat Verbum Dei omnia tempora, scilicet praesens, praeteritum et futurum, excedere. Quasi dicat: erat ultra tempus praesens, praeteritum et futurum [...].

(Lateinischer Text: [www.corpusthomaticum.org](http://www.corpusthomaticum.org))

<sup>43</sup> Vgl. Aristoteles, *Physica* VIII 1-2 (250b11-253a21).

Aristoteles aber lehrte, in Gott zwar seien die Urbilder aller Dinge; weil aber in Gott die Erkenntniskraft, der Erkennende und das Erkannte eines sind, so nahm er an, die Welt sei gleichewig mit Gott. Dawider steht, was der Evangelist sagt: „Dieses“ – das heißt: einzig das WORT – „war im Anfang bei Gott“. Durch das WORT „dieses“ ist nicht eine andere Person ausgeschlossen, wohl aber eine andere gleichewige Natur.

66. – Zu beachten ist im Vorhergehenden auch die Verschiedenheit des Johannes gegenüber den anderen Evangelisten: wie er sein Evangelium würdiger als die anderen beginnt. Diese verkünden Christus, den Sohn Gottes, geboren in der Zeit („Als Jesus in Bethlehem geboren war ...“, *Mt* 2,1). Johannes aber sagt, er sei von Ewigkeit gewesen: „Im Anfang war das WORT.“ Die anderen sagen, er sei plötzlich unter den Menschen erschienen („Jetzt entlässest Du, Herr, Deinen Diener in Frieden: denn meine Augen haben Dein Heil gesehen, das du vor allen Völkern bereitet hast, ein Licht zur Erleuchtung der Heiden und Herrlichkeit für dein Volk Israel“, *Lk* 2,29-32). Johannes dagegen sagt, er sei immer bei dem Vater gewesen: „Und das WORT war bei Gott.“ Die anderen sehen den Menschen in ihm („Sie priesen Gott, der Menschen solche Gewalt gegeben“, *Mt* 9,8). Johannes aber sagt, er sei Gott: „Und das WORT war Gott.“ Die anderen sagen, er sei gewandelt mit den Menschen („Während sie in Galiläa umherzogen, sprach Jesus zu ihnen ...“, *Mt* 17,21). Johannes aber sagt, er sei immer bei dem Vater gewesen: „Dieses war im Anfang bei Gott.“

67. – Zu bedenken ist auch, daß der Evangelist mit Bedacht dies Wort „war“ wiederholt, um zu zeigen, wie das WORT Gottes alle Zeiten – Gegenwart, Vergangenheit, Zukunft – übersteige und jenseits der gegenwärtigen, vergangen und zukünftigen Zeit sei [...].

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Wort, Kommentar zum Prolog des Johannes-Evangeliums*. Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 1), München: Pneuma 2017.